

peo gestans. Inscriptio literis Gr̄c̄is legitur: ΟΥ ΦΙΛΩΝΑΡΧΙ
Infrā subscriptum: AΛΕΙΝ.



GORDIANVS IVNIOR, Gordiani senis Procōfulis filius ex Fabia Orestilla Antonii pronepte natus, literis & moribus clarus fuit. In studiis grauissimae opinionis, forma conspicuus, memoriæ singularis, bonitate insignis, adeò ut semper in scholis, si quis puerorū verberaretur, lacrymas non teneret. Quæsturam, Heliogabalo autore, promeruit, idcirco quòd luxurioso Imperatori, lasciuia iuuenis, non tamen luxuriosa, neque infamis prædicata esset. Prætutram sub Alexandro v̄banam tenuit, in qua tantus, Iurisdictionis gratia, fuit, vt statim consulatum, quem pater serò acceperat, mereatur. Maximini seu Alexandri eiusdem temporibus ad proconsulatum patris missus legatus est. Atque vnā cum patre in Africa ab exercitu Imperator creatus est, & à Senatu Augustus dictus. Antonini quoq; nomen primis sui natalis diebus, mox in Senatu sibi inditum recepit. Contra Capellianum cum exercitu maximis tempestatibus dissipato, à patre missus, ab eo victus, in prælio occubuit, Aetatis anno X L V I.

Posterior huius Numismatis pars continet statuam muliebrem galeatam, cristatam, pectore seminudo, trophæis insidente, sinistra hastam, dextra victoriolam ferentem, quæ & ipsa dextra fert coronam Lauream, sinistra ramum Palmæ, cum inscriptione: R O M A E A E T E R N A E. S. C.

q

Moneta.